

## IN TEXTUS POENITENTIALES,

Quatuor Dierum Solemnium Precum.

ANNI 1681.

## BREVES DISPOSITIONES HOMILETICÆ.

Dies I. (a. d. 29. April.)

## CONCIO I.

*Parascév. Psal. 119. v. 123, 124, 125.* Voto hocce Davidico, præparemus nos in sanctam dierum poenitentialium celebrationem; nunc imprimis, quando hodierni textus proponunt nobis *sermonem justitia Dei, statuta & testimonia ejus. Ec.*

TEXTUS, *Deut. cap. 7. v. 9, 10.*

**E***xord. Exod. 20. 5, 6.* Verba sunt & promissionis & comminationis Divinæ. In textu Decalogi, *Exod. 20.* annectuntur præcepto *v. 2, 3.* ejusque explicationi *v. 4.* quoniam præceptum *de uno ac vero Deo unice colendo, timendo, amando.* est fundamentum totius legis. *Deut. 6: 4, 5. Matth. 22, 36, 37.* Verum a B. Luthe-ro in Catechesi nostra, subjunguntur verba illa omnibus decem præceptis, quandoquidem qui vel unum transgreditur præceptum, *comminationem Dei metuat. Jac. 2. v. 10. 11.* & qui *promissionum reddi vult particeps, Levit. 18. 5. Deut. 5: 33.* illum oportet, *vel totam perfecte implere legem. Exod. 19: 8. & 24. 8. vel, quia illud est impossibile, Rom. 8: 3.* fide vera & viva in JESUM, condonationem transgressionum obtinere. *Gal. 3: 12.* & in ILLO plenissimam legis pro nobis impletionem ostendere, *Gal. 3: 10, 13, 14.* Dum itaque diebus hisce sacris, in poenitentia nostra nihil fortius *contritionem* excitare potest, quam comminationes divinæ; nec quicquam necessitatem *fidei* magis ostendere, quam quod in Christo solum legi sit satis factum; nec quid dulcius ad *obedientiam* invitare, quam Dei promissiones; proinde nec alius textus majori jure primus esse debet, quam hic, nec ex hoc quicquam utilius discere possumus, quam  
(Propos.) Validissima ad veram poenitentiam incitamenta.

Vorum, *Psal. 119: v. 17, 18.*

Capite hoc 7. Deuteronom. inculcare voluit Deus populo Judaico, toties repetitum præceptum *de vitanda idololatria,* monetque quomodo occasiones omnes effugiant, *v. 1, 2, 3, 4, 5.* rationes addidit,



III. 110  
237  
amarem & potentiam suam Divinam, demonstratam in honorem & je-  
licitatem Judæorum, v. 6, 7, 8. Ac ut omnibus hisce attentiores præ-  
berent aures, repetit appositam legi promissionem & comminatio-  
nem, Deut. 5: 9, 10. Est itaque in verbis hisce incitamentum ad veram  
penitentiam.

Primum: Fidei objectum sublime. v. 9. Et scies, quod Jeho-  
vab, Deus tuus, ipse ille Deus est, nempe verus, quia non est alius  
præter eum Deus. Deut. 4: 35. ubi observo. (1) Vocem exhortantem:  
Sâ stat eu meta: ic. Non levem de illo habebis notitiam, sed nunc &  
omni momento id cogitabis. Deut. 6: 7, 8. Prov. 3: 6. (vid. Con. 2.  
diei 3. 1679.) (2) Ipsum Objectum fidei. Hæren är en Gudh. Jeho-  
vab ipse ille Deus, unicum & verum cultus & fidei objectum, Zach.  
14: 9. quod & ipsum ejus nomen Jehovab, indicat; notat quippe  
tale ens, quod est plane a seipso, Exod. 3: 14, 15. & a quo omnia reli-  
qua, quæ entitatem aliquam habent, habent suum esse, Gen. 2: 4. Et  
tale summum Ens ab alio omni independens, non potest esse nisi u-  
nicum, Esa. 45: 5, 18. Jer. 10: 6. (3) Quatenus est fidei objectum. Hæren  
tin Gudh! ic. Ista appropriatio, Deus tuus, requirit a parte hominis  
fidem, Deut. 26: 17, 18. & is fidem ostendit, qui vera fiducia Jehovam Deum  
suum appellat. Gen. 28: 21. (vid. enarrat. vernac. in Ps. 18: 2.) At quia per  
peccata a Deo divulsi sumus. Esaj. 59: 2. natura filij ire, Eph. 2: 3.  
Ideo nec Deus nos pro suis agnoscit, nec nos Deum ut nostrum Deum  
amare possumus, nisi in CHRISTO JESU, ac in foedere gratiæ per  
eum inter nos & Deum pacto. Gen. 17: 7. & 22: 18. Ioh. 1: 12. Gal. 3: 26, 27.

Usus Didasc. Frustranea est omnis pœnitentia quæ non pro  
fundamento habet veram Dei notitiam: Hebr. 11: 6. ac licet fides  
ratione ordinis, secunda pars pœnitentiæ est, ratione dignitatis tamen  
primaria est, Act. 20: 21. Per veritatis cœlestis vim, a crassa idolo-  
latria, Deo laus! sumus alieni; at eo ipso magno cum animarum  
nostrarum periculo idololatræ sumus, quod non tantum in pec-  
cando Dei attributa summa non revereamur, dum voluntariò cri-  
men hoc aliudve committendo, Dei omniscientiam, justitiam, po-  
tentiam non timemus; sed & in ipso pœnitentiæ actu, majestatis  
Divinæ, quam offendimus, magnitudinem, sapius non digne revere-  
mur, videl. Deum summum, justissimum ac potentissimum nos ir-  
ritasse, non satis dolemus, cum tamen anxietas vehemens inde  
oriretur, si Jehovam, Deum unum, Deum nostrum, nos ad iram pro-  
vocasse



vocasse cogitaremus. Eldr. 9: 15. Psal. 32: 4. Dan. 9: 4. s. 6. 7. Luc. 15: 17. 19. Qvi peccata sua serua confessione non agnoscit, Deum mendacem facit. 1. Joh. 1: 9. & qvi fidem in Christum non concipit, pariter veritatem Dei negat, 1. Joh. 3: 10. conf. 2. Tim. 2: 11, 12, 13. Sequitur incitamentum.

Secundum; Ad obedientiam invitans gratia. Förbund och Varmhertigheet. Cujus gratia hic notanda, (1) *certitudo*, han dr Gudh eben trofaste/ fallere non potest, Mal. 3: 6. 1. Sam. 15: 29. & illa Dei veritas, maxime grata est in promissionum & beneficiorum exhibitione, Deut. 32: 4. Esa. 49: 7. Hebr. 11: 11. (2) *restitudo*, vocatur n. *paclum*, Förbund/ inde colligemus non esse hic sermonem de promissionibus absolutis, quæ prorsus non pendent ab hominum obedientia, Rom. 3: 3. & 11: 29. Sed de talibus, quæ requirunt hominum obedientiam; ut, si homo gratiose hoc pacto frui velit, persistat in fide & obedientia, Deut. 7: 12. Et si peccaverit homo, ac fregerit foedus, manet nihilominus foedus a parte Dei firmum, han håller Förbund/ quo homo in gratiam iterum redire possit, Esa. 54: 10. & 55: 3. quod certe summum est poenitentibus solatium, 2. Reg. 13: 23. &c. Porro vocatur *miseriordia*, Varmhertigheet/ ne quid meriti homines sibi ullo jure adscribant, Rom. 11: 6. Verum ne impij in sua perversitate se indurarent hujus misericordiae spe, Rom. 2: 4. 5. ostendit misericordiam hanc perpetuam, pijs tantum dari, som ålsta Gudh. Ac ne quis falso hunc amorem se habere jactet, additur amoris divini fructus & certissimum indicium: Nålla hans Guds. Job. 14: 15. 1. Job. 2: 3, 4. 5. &c. (3) *amplitudo*, i tusende veder/ tot generationes, una post aliam, sentient gratiam Dei erga pios, Psal. 103: 17. Thren. 3: 22, 23, 32. Luc. 11: 17. *Ufus pedent*, Pronior est Deus ad benefaciendum quam puniendum, Psal. 103: 9, 10. misericordiam extendit ad millestimam generationem, poenam ad quartam. Exod. 20: 5, 6. Et ideo hic promissionem præmittit comminationi, cum tamen aliter in Decalogo. Scilicet, ne quis magis timeret ejus iram, quam invitaretur ejus gratia ad obedientiam: propterea in hoc cap. 7. Deuternom. continuando pollicetur amorem, v. 12. felicem multiplicationem. v. 13. benedictionem, v. 14. morborum aversionem v. 15. hostium subversionem. v. 16. seqq. Postquam prioribus annis, castigazione durissima Deus etiã nos a peccati tramite avertere voluit, nunc pace aliisque beneficiis, ad obedientiam invitat. Ps. 81: 14, 15, 16, 17.



*Tertium, Contritionem excitans comminatio:* puniet Deus impietatem, (1) *Aperte*, wædergåller sþr sfi Ansichtel sentiant impij quomodo peccata non modo in conspectu Dei, quem nihil latet, pœnas suas attrahunt, sed & in oculis ipsorum, quantumvis supra alios constitutorum, peccatorum, ponentur crimina cum suis malis, *Psal. 50: 21.* hoc ideo dicitur, ne putent impij se fore extra periculum, & posteritatem tantum puniendam, (2) *Iuste*, id docet vox wædergålla. Sicut pœna iuste imponitur pro ratione criminis, *Levit. 24: 20.* ita Deus retribuet impijs secundum opera sua, *Rom. 2: 9. 2. Thes. 1: 8, 9.* Compendio notatur omnis eorum culpa. *At the hata Gudh.* Sic dicuntur gentiles *Osores Dei*, dum peccant sine timore, *Rom. 1: 30, 32.* & Judæi, quando non credunt in Christum, *Job 15: 23, 24.* (3) *Certo*, quod colligitur ex his repetito, *retribuet osoribus:* Similiter *Deut. 28, 15. seqq.* toties & tot modis comminatur Deus impijs maledictionem & durissimas pœnas. (4) *Cito:* Och skal icke sþrdrøijat. Differt quandoque pœnas ex gratioso suo iudicio, *Rom. 2: 4. 1. Cor. 9: 22.* Sed quando horrenda valde sunt crimina, vel nulla expectanda est pœnitentia, tunc repente immittit pœnas, *Exod. 32: 27, 28. Levit. 10: 1, 2. Num. 11: 33. 1. Cor. 16: 28-35. 2. Macc. 6: 13. Syr. 5: 6, 7. Sc.*

*Usus Epanorth.* Magnum est divinæ Sapientiæ documentum, quod ita inter se ordinantur promissiones & comminationes. *Syr. 16: 12, 13.* Ac ut in pœnitentia primum requiritur *contritio*, ita primo hoc die pœnitentiali, primi hujus textus prolixioribus verbis, contundamus cor nostrum. *2. Sam. 24: 10. 2. Reg. 22: 13.* Convincet nos conscientia, quomodo post redditam pacem, magis *odium in Deum* quam ejus amorem fovimus, quisque suum quærendo, suam voluptatem, non Dei gloriam, non proximi utilitatem; *Psal. 14: 2, 3, 4. Jer. 21: 12.* Adeoque, ne *aperte, certo, cito* & secundum *justiciam* suam Deus nos puniat. Spiritu contrito & corde pœnitenti iram ejus avertamus (*diducatur hoc ex textu Conc. 3. Deut. 28: 58--62.*) Addatur confessio, *Thren. 1: 18.* mutua exhortatio *Jon. 3: 8, 9.* fiducia *1. Thes. 5: 9.* & votum *Exod. 32: 12.* wende tigh isfrån tine wredes Brymheet ic.

## CONCIO. II.

*Parast. 1. Reg. 8: 57, 58.* Audiemus in textu hoc altero, de comparitione fidelium coram Deo, ideo verbis istis Salomonis gratiosam Dei præsentiam imploremus. (*did. ex diei 2. Conc. 2. A. 1680*)

TEX.



**E**xord. Prov. 6: 23. Mandatum Dei per parentes inculcatum. Deut. 6: 7. est *Lucerna*: illuminat cordis oculos. Psal. 19: 11. re-creat. Psal. 119: 105. dirigit, ut *columna ignea*. Exod. 13: 21. *Lex lux* est: Tota Dei notitia per verbum, propter Christum, illuminatio nostra est. Job. 1: 9. 2. Cor. 4: 6. *conf. Prov. 4: 18. Ocy Tuchsans Straff.* Hebr. *S increpationes eruditionis.* h. e. fidei ac vitæ correctiones & directiones ex verbo Dei, *sunt via vitæ.* Admonitiones illæ, *Prov. 1: 2. & 8: 33.* ostendunt veram *viam*, & dirigunt in eam ad *vitam*, in hoc mundo felicem, *Psal. 34: 13. Prov. 3: 16. & 13: 18.* & post mortem felicissimam, *Psal. 91: 16. 1. Tim. 4: 8.* In textu monstratur *modus* quo, & *locus* ubi, discitur via illa vitæ: itaque videamus. *(Propos.)* Quomodo verbum Dei sit nobis via vitæ.

*Votum Psal. 143: 10.*

Traduntur hisce postremis Deuteronomii capitibus, ultima *Viri Dei* Moïsi facta; *Notabili sermone cap. 31.* obitum suum annunciat, *Josua* successorem suum & *ducem populi* nominat, *monitis* quæ instruit; sed ut religionis & gubernationis haberent *normam*, *conscriptam legem* tradidit *asservendam*: verum quomodo ex illa caperent omnes *usum*, ostendit *textus.* *Foret a. verbum Dei illis vite via,*

*I. Dum diligenter coram Deo se congregarent.* *Notand. (1) Tempus,* Quando: Debebant *Judæi* non modo celebrare *Sabbatha* sua singulis septimanis, *Exod. 20: 8-11. Levit. 23: 3.* Sed & quovannis tria solenniora festa, *Exod. 13: 14-16. Deut. 16: 16.* Præterea septimus mensis quovannis, tot festorum numero repletus erat, ut & ille esset plane festivus & Sabbathicus, *vid. Lev. 23. v. 24. ad finem.* Sed & annus erat illis Sabbathicus, quo ab omni onere graviori, opere & debitorum exactione, immunes essent. *Lev. 25: 2. Deut. 15. 1, 2.* Solennissima itaque congregatio erat, de qua hic in textu, *id hebraeum* *Israël sommer/it.* *Instituenda* erat quolibet anno septimo, qui Sabbathicus erat, *Deut. 31: 10.* & quidem septimo mense, jucundissimoque festo, scilicet festo tabernaculorum, de quo *Lev. 23: 34-43. Deut. 16: 13-15.* *(2) Locus: coram Domino Deo tuo.* *Deus* ubique est, *ast* quia modo peculiari supra *arcam fœderis* se præsentem exhibuit, *Num. 7: 89.* *Ideo* & illi singulari ratione coram *Deo* esse dicebantur, qui in templo comparebant, *Deut. 26: 13.* additur, *pâ thet Num som han vishwâ-*



*Handwritten:* H. H.

landes. *warden/* intelligit locum destinatum publico cultui: Erat vero ad tempus *Silob. 1. Sam. 1: 9.* Sed postea Ierosolyma, ubi templum extructum, *1. Reg. 8: 12, 13. Psal. 122: 1-4. & 132: 13. 14. & c. (3).* *Qui congregandi.* designantur *v. 11, bis, totius Israhel,* ubi ne quis intelligat totum Israhel, tantum per suos deputatos, sive viros selectos congregandum, ut *1. Chron. 14. vel (13.) v. 5, 6.* dicitur in textu. *v. 12. N. för Folkens församling/* in Hebr. *congrega tu populum,* nempe omnem. Ministerium Ecclesiasticum, adjuvantibus senioribus, *Deut. 31: 9.* congregabit populum; accedente opera Magistratus, in casibus peculiaribus, *1. Reg. 8: 1, 2. & c.* enumerantur congregandi: *Män:* omnes sexus masculini, sive juniores, sive seniores, venire valentes, qui & aliis festis adesse debebant, *Exod. 23: 17. Deut. 16: 16.* *Qvinnor/* hæ abesse quandoque poterant propter imbecillitatem sexus. *1. Pet. 3: 7.* & curas domesticas. *Prov. 31: 15, 17.* Ast in hac congregatione convenire & illæ debebant, quod patet, *Nehem. 8: 2, 3.* ubi narratur festum tabernaculorum post reditum ex captivitate celebratum. Sequitur: *Wærn/* ut sexus discrimen non excusabat absentes, ita nec ætatis, *parvuli* ex Hebr. hic intelliguntur, qui sic in tenera ætate ad Dei cognitionem ducendi, *Gen 18: 19. 1. Sam 1: 11, 24. Ps. 8: 3. 2. Tim. 1: 5. & 3: 15.* Sed nec nationis discrimen attendendum, additur: *och sin Fremling som i sine Portar är:* erat & ille congregandus; Duplicis autem generis erant peregrini sive profelyti. Vicinæ terræ circa Canaan, erant sub gentilibus, qui itaque recepti erant in communionem fidei interiorem, dicebantur *profelyti justitia,* illi pariter ac Israhelitæ, omni illorum cultui interesse debebant, *Exod. 12: 44. Lev. 22: 11. Num. 9: 14. & 15: 15.* Ast qui dicebantur *profelyti porta,* & non erant circumcisi, inferiores erant reliquis, *Deut. 14: 21.* quoniam tamen hic latissime describuntur ab habitatione; Ideo & hi peregrini audire debebant legem Dei, ut tanto felicius converterentur, sic & *Exod. 20: 10. Deut. 29: 11.*

*Handwritten:* Cultus publicus

*Uusus Pedent.* Quanta sit necessitas & utilitas publicarum congregationum! Laudantur auditores Christi, *Marc. 2: 2. & 4: 1.* commendatur diligentia Ecclesiæ veteris *Psal. 122 3, 4.* proponitur jus Ecclesiæ *Nov. Test. Hebr. 10: 25. vid. prolixè Conc. 1. die 2. 1679: & Con. 1. die 3. 1680. p. 39.* Hoc anno, primi hujus diei textu altero, discamus qua ratione solennes ejusmodi dies celebrandi. Vir itaque aut femina, negligens hisce diebus pœnentialibus, sine justa & legitima causa, cultum publicum



cum, & Dei & regis voluntatem contemnit, *Joel. 2:15. Rom. 13:2. parvuli* itidem, ut alias, tempestive ad religionis cognitionem ducendi, *Prov. 21, 6.* ita hisce diebus, pœnitentiæ actibus, in templo apportati, assuefiant, *conf. Joël. 2:15. peregrini* pariter discant quomodo tenentur cultui vero, sincere & sine hypocrisis se addicere: ac quomodo qui puram non habent doctrinam, errorum retentorum patrocinium invenire non debeant a quod eos, qui ad morem populi Dei, & ex divino præscripto, in *viam vita* conantur ducere seductos, *Jac. 5: 19, 20.*

II. *Dum attente verbum Dei audirent*, habemus hic (1) *id quod audiri debet*, sicut tu thenna lagen idia vthroopa / prælegere- tur solenniter lex Dei voce distincta. *Nehem. 8: 4, 18.* in scriptis a. Mosaicis non nudæ leges, stricte sic dictæ, erant, sed & sacramenta, typi, promissiones, &c. quæ continebant Evangelicum solatium in Christo, *Iob. 1: 45. & 5: 46.* nomine itaque legis, verbum & legale & Evangelicum hic intelligitur, *Psal. 1: 2. & 19: 8. Esaj. 8: 20. &c.* (2) *quomodo id audirent*: sicut hela Ysrael. Non haberent legentem a tergo, *Prov. 28: 9.* sed animum & oculos converte- rent, ut reciperent verba, *Nehem. 8: 5. 6.* sed adhuc additur: sicut theras strom / Hebr. *in auribus eorum*, h. e. arrectis quasi auribus & summo studio audient. *Deur. 32: 30. & 32 44: Esa. 32: 3. Hof. 5: 1.* & in textu, v. 12. *Pa thet the stola hōra* attente & constanter, *Psal. 49: 2. & 50: 7. & 66: 16. Zach. 3: 8. &c.*

*Usum Epanorth.* Summus salutis nostræ auctor & doctor Iesus, in statum suum gloriosum erectus, nullum frequentius dedit mandatum quam hoc, *qui aurem habet, audiat*: *officis* enim id repetitur *Apo. 2: 7. 11, 17, 29 & 3: 6, 13, 22. & 13: 9* & cum id sæpius protulerit in diebus carnis suæ, itidem *officis* id consignarunt Evangelistæ, *qui aures habet, audiat*, hoc est attente percipiat Dei verbum, *Matth. 11: 15. & 13: 9, 43. Marc. 4: 9, 23. & 7: 16. Luc. 8: 8. & 14: 35.* Est gradus & via ad indurationem, si quis non audit verbum Dei, *Ezek. 12: 2. conf. Esa. 28, 12. NB. Zach. 7: 13.* est *audire verbum* Dei, est via ad vitam, *Luc. 8: 15. & 11: 28. Iob. 5: 24. Luc. 11: 28. &c.* *diducatur*, contra *aures* non audientes, *Ier. 5: 21.* somnolentæ, *Ath. 20: 9:* averfas, *Prov. 28: 9. 2. Tim. 4: 4.* stolidas, *Ebr. 5: 11.* obruratas, *Pf. 58: 5.* aggravatas, *Zach. 7: 11. NB. Eccles. 4: 17. vel 5: 1. b̄wara d̄n̄ Joost* som̄ est at hōra. Nihil enim aut credi debet aut agere convenit, nisi secundum verbi divini normam, *Micb. 6: 8. Syr. 15, 2. 2. Tim. 3: 16. 2.*



Negat: Jämtlands bibl. 1952:124



815  
cum, & de alijs vultibus conueniens, *Ios. 13: 2. parvuli*  
itidem, ut alias, tempeſtively ad religionis cognitionem ducendi, *Prov.*  
22, 6. ita hiſce diebus, poenitentiaꝝ actibus, in templo apportati, affve-  
ſiant, *conf. Joël. 2: 15. peregrini* pariter diſcant quomodo tenentur cul-  
tui vero, ſincere & ſine hypocrifiſe addicere: ac quomodo qui pu-  
ram non habent doctrinam, errorum retentorum patrocinium  
invenire non debeant aqud eos, qui ad morem populi Dei, & ex di-  
vino præſcripto, in *viam vita* conantur ducere ſeductos, *Jac. 5: 19, 20.*

415  
II. *Dum attente verbum Dei audirent*, habemus hic (1) *id*  
*quod audiri debet*, ſcilicet tu *thenna* *lagen* *lâia* *viſthroopa* / prælegere-  
tur ſolemniter lex Dei voce diſtineta. *Nehem. 8: 4, 18.* in ſcriptis  
a. Moſaicis non nudæ leges, ſtrictè ſit' dictæ, erant, ſed & ſacra-  
menta, ryp̄i, promiſſiones, &c. quæ continebant Evangelicum ſo-  
latium in Chriſto, *Iob. 1: 45. & 5: 46.* nomine itaqve *legis*, verbum  
& legale & Evangelicum hic intelligitur, *Pſal. 1: 2. & 19: 8. Eſaj.*  
*8: 20. &c.* (2) *quomodo id audirent*: ſc̄r *hela* *Iſrael.* Non haberent  
legentem a tergo, *Prov. 28: 9*, ſed animum & oculos converte-  
rent, ut reciperent verba, *Nehem. 8: 5. 6.* ſed adhuc additur; ſc̄r *theraſ*  
*Sron* / Hebr. *in auribus eorum*, h. e. arrectis quaſi auribus & ſum-  
mo ſtudio audient. *Deut. 31: 30. & 32: 44: Eſa. 32: 3. Hoſ. 5: 1.* & in  
textu, v. 12. *Wâ thet the ſkola hōra* attente & conſtanter, *Pſal. 49: 2.*  
*& 50: 7. & 66: 16. Zach. 3: 8. &c.*

*Uſus Epanorib.* Summus ſalutis noſtræ auctor & doctor Jeſus,  
in ſtatum ſuum glorioſum evectus, nullum frequentius dedit man-  
datum quam hoc, *qui aurem habet, audiat*: *oſties* enim id repeti-  
tur *Apoc. 2: 7. 11, 17, 29 & 3: 6, 13, 22. & 13: 9* & cum id ſæpius pro-  
tulerit in diebus carnis ſuæ, itidem *oſties* id conſignarunt Evan-  
geliſtæ, *qui aures habet, audiat*, hoc eſt attente percipiat Dei  
verbum, *Matth. 11: 15. & 13: 9, 43. Marc. 4: 9, 23. & 7: 16. Luc. 8: 8.*  
*& 14: 35.* Eſt gradus & via ad indurationem, ſi quis non audit ver-  
bum Dei, *Ezek. 12: 2. conf. Eſa. 28, 12. NB. Zach. 7: 13.* aſt *audire*  
*verbum Dei*, eſt via ad vitam, *Luc. 8: 15. & 11: 28. Iob. 5: 24. Iac. 1: 21. &c.*  
*diducatur*, contra *aures* non audientes, *Ier. 5: 21.* ſomnolentas, *Aſt.*  
*20: 9.* averſas, *Prov. 28: 9. 2. Tim. 4: 4.* ſtolidas, *Ebr. 5: 11.* obturatas,  
*Pſ. 58: 5.* aggravatas, *Zach. 7: 11. NB. Eccleſ. 4: 17. vel 5: 1.* *berbara* ſin *ſoot*  
*fom* ſil *at hōra.* Nihil enim aut credi debet aut agere convenit, niſi  
ſecundum verbi divini normam, *Mich. 6: 8. Syr. 1: 5. 2. Tim. 3: 16. 2.*

per.



416.  
Pet. 1:19 &c. Audire itaque nuda non citres libera aut adiphora,  
sed necessaria ex mandato Dei, Ier. 22: 29. Syr. 6: 35. & salute nostra.  
Luc. 16: 29. Iob. 5: 29. ideo cum Davide dicendum. Ps. 143: 8.

III. Dum Eruditionem inde caperent: non enim otiosi esse  
debebant auditores. Iac. 1: 23. sed (1) *discerent*, secundum Hebr. och  
på thet the skola lära: Psal. 119: 7, 71, 73. Esai. 29: 24. NB Iob. 6: 45. (2)  
*timorem Dei perciperent*, huru thel Hebr. och at the skola fructa Herien  
eder Gudh. Deut. 31: 13. & inde omne bonum, Psal. 111: 10. Syr. 23: 37.  
(3) *Opere ipso legi obedirent*. Och achta på att göral iste primarius fi-  
nis congregationis & prædicationis, ac fructus auditionis est, Deut.  
4: 1, 5, 6. & 5: 1. & 6: 1. 3. 25. Hic omnium præceptorum observatio  
requiritur, sicut Deut. 10: 12. vid. die. 2. Conc. 1. A. 1680. Ut tanto  
majus esse nostrum debitum sentiamus, Exod. 19: 8. tanto plura no-  
stra delicta agnoscamus, Iac. 3: 2 & tanto ardentius quæramus Christum,  
legem omnem plenissime implentem. Dan. 9: 24. Rom. 8: 3. 1. Cor. 1: 30.  
2. Cor. 5: 21. &c.

Usus. Hic præprimis opus pœnitentiale spectatur, & per hoc  
requiritur tertium, verbum Dei sit nobis *vita via*. Sunt qui audi-  
unt verbum, *accipiunt*, sed instar *semite conculcatae*, Luc. 8: 5, 12. *per-*  
*cipiunt*, sed instar *petrae*. Luc. 8: 6, 13. *recipiunt*, sed instar *spineti*:  
Luc. 8: 7, 14. itaque conjuncta esse debent, *convenire, audire, servare*  
*in corde bono, fructum facere*. Gal. 5: 6. Phil. 1: 11. Jac. 1: 22. Proinde  
dum jubet Deus Eccles. 12: 13. dicamus, Divini spiritus auxilium  
sperantes, ex Psal. 119: 106. 167. dum postulat Moses, Deut. 11: 18. re-  
spondemus ex Psal. 119: 11. Ac quoniam opus illud saluberrimum,  
quod Deus in nobis operatur, fides est, Iob 6: 29. pro ejus incre-  
mento oremus, Psal. 51: 14. Marc. 9: 24. Luc. 17: 5. 2. Thess. 1: 11.  
eamque vivam opere ipso monstremus, Iac. 2: 14, 26. & ut id fiat,  
imploremus divinam gratiam. Rom. 15: 13. 2. Cor. 9: 8. Hebr. 13: 21.

Quemadmodum vero congregationem & verbi divini auditum, in  
vita emendationem promovere voluit Deus, ordinando ut festo lato  
sacrum ejusmodi negotium susciperetur, Neb 8 9, 10. ita & nunc pro-  
pter easdem causas, pacem nobis concessit, Luc. 1: 74, 75. Hoste itaque  
truculentissimo pejor est, qui diebus hisce solennibus, sabbathis &  
festis aliis, animam suam in Domino quiescere non sinit, vel suos ser-  
vos aut alio modo mandatis suis addictos, diebus illis sacris, ab o-  
pere divino impedit, Exod. 20: 10. & clarius, Deut. 5: 14. Ut itaque  
*verbum Dei sit nobis via vite*; orandum ex 1 Pet. 5: 10. 1 Thes. 5: 23.

Die II.

Profidamur  
metto oremus  
eandem gratiam  
imploremus



Die II. (a. d. 10. Junij) CONCIO I.

*Parascév. 1. Par. 30. (vel 29.) v. 19. usque ad verbum. Ut hanc hiet alt g&r:*  
 Nos continuando opus pœnitentiale hoc altero die, optamus  
 nobis quod David optat Salomoni, *cor sincerum & verbo Dei obe-*  
*sequens. &c.* **TEXTUS. Deut. 32. v. 46, 47.**

**E** *Xord. Esai 8: 20. Ubi (1) mandatam: ad Legem & testimonium:*  
*scil. attendant, & illa solum qvarant consulantqve, v. 19. in-*  
*telligit non solum tunc per prophetam tradita divina mo-*  
*nita, v. 16. sed omne Dei verbum a Mose & Prophetis Dei nomine*  
*traditum, Luc. 16: 29. (2) Quomodo negligitur: Hebr. Si non*  
*loquuntur secundum verbum hoc: Si non omnia cogitata, dicta &*  
*consilia sua instituunt & dirigunt secundum præscriptum divinum,*  
*Deut. 12: 32. Gal. 1: 8, 9. qvale fuit crimen Saulis, 1. Sam. 28: 18. 1.*  
*Chron. 11: 13, 14. (3) Pœna: Ut non sit illis aurora. Non habebunt*  
*in Salvatore lumen gratiæ. Psal. 84: 12. 2. Pet. 1: 19. nec in vitæ suæ*  
*actionibus, lucem felicitatis, Hiob. 11: 17. Esai. 58: 8. Hof. 6: 3. nec*  
*lumen solatii, Esth. 8: 16. Psal. 97: 11. Sed tenebræ infelicitatis illos*  
*oppriment, Hiob. 18: 18. Joël. 2: 2. &c. NB. Esai. 8: 21, 22. Qvam E-*  
*saias comminando postulat testimoniorum Dei observationem, il-*  
*lam Moses requirit promissionibus, Estqve in textu.*

(Propos.) Doctrina de testimoniis divinis.

*Votum. Job. 17: 17. Sanctifica nos Pater, &c.*

In omnibus libris Mosis, non est caput aliud, quod beneficia &  
 judicia Dei circa populum Judaicum, ut & populi peccata aut fata,  
 simul tam clare proponit, quemadmodum id sit cap. 32. Deuteronomii;  
 itaque postquam Moses omnia ista enarravit, & severissime ac  
 solennissime aduersus populum testatus fuit, Deut. 31: 28, 29, 30 su-  
 peraddit porro hanc doctrinam de testimonijs Dei. In qua docet,

I. *Quomodo testimonia Dei sunt tractanda: tria præscribit:*  
 (1) *Cordi esse commendanda. Sägger på Hiertas. Hebr. ponite corda*  
*vestra ad omnia verba quæ ego hodie in vos testificor. Memoria ac-*  
*curate erant tradenda. Deut. 11: 18. animo, cogitatis & meditatio-*  
*nibus indefinenter volvenda. NB. Deut. 31: 19, 21, 22. hoc sensu dicitur*  
*quis apponere cor. Prov. 22: 17. & 24: 33. Eccles. 8: 16. &c. similes phra-*  
*ses. Malach. 2: 2. Luc. 1: 66. & 1: 19. &c. (2) Ad alios eorum notitia*  
*propaganda. At i b. f. alle them ider Barn! in prima ætate simul cum*  
*rationis usu, pueri & liberi mandata Dei addiscere debent. (Vid. e-*



narrat. vernac. in Psal. 8: 3.) ut illis inculcata, deinde propagentur ad posteros, Psal. 22: 31, 32. & 45: 18. & 71: 18. & 145: 4. Esai. 59: 21. (3) Diligenter observanda: *At the hålla* Hebr. ad custodiendum: tenenda sunt Divina præcepta, ut rem pretiosam & normam tutissimã, sicut nauæ pyxidem nauticam studiose servare solent, eamq; sæpius inspiciunt; & secundum illius directionem cursum instituunt; ita oculi & animi nostri custodient præcepta DEI, Psal. 78: 7. & 119: 115. Prov. 23: 25. legem ejus, Psal. 105: 45. & 119: 34. imò testimonia ejus custodienda, Psal. 25: 10. Ac hæc est custodia illa sacra, injuncta sacerdotibus, Lev. 8: 35. principibus, 1. Reg. 2: 3. & omni populo, Lev. 18: 30. additur: *och gibrã*: & ad faciendum: non enim sufficit scire, vel alios docere: ipso opere, quoad fieri potest, testimonia illa exprimamus, Esai. 1: 16, 17. Mich. 6: 8. Tit. 2: 14. 2. Pet. 1: 5-11. &c. *All theenne* sagfens Ord: Sæpius hoc modo requiritur omnium præceptorum observatio, ut sciamus omnia esse sancta, Psal. 19: 12. nullum voluntarie negligendum aut violandum, Jac. 2: 10. & quia plena ejusmodi observatio nobis est impossibilis, Gal. 3: 10, 11. tanto fortius universalis illo mandato compellimur, ut corde contrito in vera fide confugiamus ad Christum, Gal. 3: 24.

*Ufus Pedes:* Quemadmodum Moses dure testificando, populo Dei voluntatem ejus proposuit, ita quoties legem & sacrum Dei verbum, aut audimus, aut legimus, aut in conscientia nostra vim ejus sentimus, toties testificatur nobis sanctitas, justitia & veritas divina, quid credere & agere debemus, Deut. 6: 17. Psal. 19: 9. ideo reverenter admittamus Dei verbum, Psal. 34: 12. apponamus ad id cor nostrum omni amore, Psal. 119: 97, 119, 127, 157. delectatione, Psal. 119: 14, 16, 143, 162, 174 & studio, Jos. 1: 8. Psal. 119: 69. &c. testimoniorum istorum vim alijs quoque ostendamus, Psal. 31: 15, 16. & 119: 46. Ac pro viribus, mandata Dei servemus. Ps. 37: 3, 4. Mat. 5: 16. &c.

II. *Qvale* habent pretium. declarat id (1) negativè: *Sörty thet är intet säsfänge* Ord til eder: vel non verbum vile est pro vobis. Neque enim, aut meliori verbo vos egere, aut vobis excellentius aliquid competere existimetis. Non est numerandum inter inania verba, Hiob 21: 34. Psal. 2: 1. Zach. 10: 2. Eph. 5: 6. ab ejusmodi removeretur verbum Dei, Esa. 45: 19. & 55: 10, 11. 1. Thess. 2: 1, 2. &c. (2) positivè. *vihan thet är edere* Estiff: Per verbum Dei datur nobis cognitio Dei & Salvatoris, per quam ducimur ad vitam æternam, Job. 17: 3. Rom. 1: 16. Etiam lex, & perfecte impletur, vitam æternam dat. Lev. 18: 5. Luc. 10.



25-28. Sed quia id impossibile, *Rom. 3: 20-23. Ec.* ideo in Jesu salutis & vitæ fons per verbum Dei monstratur, *Job. 1: 17, 18. 2. Cor. 4: 6. 1. Pet. 1: 10-12.* Estque verbum Dei in se vivum & efficax, *Job. 6: 63. 1. Pet. 1: 23. Hebr. 4: 12. Jac. 1: 21. Ec.* sed & prolongatur, (ut in textu extat,) *per hoc vitam temporalis;* & diu & feliciter vivent, qui Dei mandatis obediunt, *Deut. 5: 15, 16. Prov. 3: 2. Ec. 4: 4. Ec. 9: 11. Ec. 10: 27. Ec.*

*Ufus Epanorth.* Diduci debet hæc doctrina de pretio verbi Divini, contra verbi Dei contemptores, sabbati violatores, somnolentes auditores, contra Atheorum, semidoctorum, & profanorum quorundam politicorum, & impiorum militum, (quorum inter bonos etiam aliqui sunt;) scurriles de verbo Dei sermones; de horum crimine & pœna, *conf. Num. 16: 30. 1. Reg. 7: 2. 19. 20. 2. Chron. 33: 9, 10. Jer. 23: 17-19. Ec. Ec.*

*Ufus consolator.* Dum verbum Dei irrisores in odorem mortis convertunt, *2. Pet. 3: 3, 7.* nobis id sit odor vitæ, *2. Cor. 2: 16. conf. Job. 6: 68, 69.* vivificabit nos, *Phil. 2: 16.* obsignabit cor nostrum, *Eph. 1: 13.* erit cibus noster, *Deut. 8: 3.* mel, *Psal. 19: 13.* vinum & oleum, *Luc. 10: 34.* medicina, *Psal. 119: 20.* ignis in corpore, *Deut. 33: 2. Luc. 24: 32.* imber in æstu, *Hos. 6: 3.* Imo in omni adverferitate & calamitate dulcissimum solatium, *Psal. 19: 8, 10. Ec. 23: 4, 5, 6. Ec. 19: 50, 92. Rom. 15: 4.* Conclusio ex *Jer. 15: 16.* votum, *Psal. 119: 81, 82, 88.*

---

## CONCIO II. TEXTUS, *Psal. 2: v. 10. II 12.*

Quoniam in *enarrat. vernac. Psalterij*, edita hic Aboæ 1679, part. 3. pag. 16-19. textus hujus concionis, plene satis expositus est, idcirco hic nihil addimus: Hisce quippe Homiliarum pagellis, neminem a honorum librorum lectione avellere volumus,

---

Die III. (a. d. 8. Julij) CONCIO I.

TEXTUS *Psal. 37: v. 34-40.*

Quoad sensum & usum, prolixè satis traditus est in *enarrat. Psalt. Specica. part. 1. pag. 341, 342. Ec. 343.*

---

## CONCIO II.

*Parascœv. Psal. 143: 1, 2.* Sunt hi dies quasi judiciales, quibus Deus nos alloquitur ex *Psal. 50: 6, 7.* ac imprimis hoc textu secundo, ideo oremus. *Exaudi nos Domine, ne intres in iudicium!*

TEXTUS, *Jer. 5. v. 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29.*



499.  
**E**Xord. Habac. 1: 13. Miratur Propheta iudicia Dei, quod Chal-  
dæos & alios hostes Ecclesiæ diu toleraverit, Rom. 9: 22. Non  
ex impia providentiæ Dei negatione loquitur, ut alii, Hiob. 22:  
12, 13, 14. Psal. 10: 11. & 73: 11. & 94: 7. Sed ad illum modum quo Viri san-  
cti sæpius, considerantes Dei sanctitatem & iustitiam, Psal. 51: 4, 5, 6.  
intra se ipsos pugnam senserunt, & anxia dubitatione quærun-  
t. Hiob. 21: 7. aliquando indignantur, Ps. 73: 3. rursus ad Deum venerabundi pro-  
cedunt, Jer. 12: 1. & sic reprimunt cogitationes suas, Psal. 37: 1.  
At ut in tali pugna de iudiciis divinis. sancte cogitare discant, & ut  
impii vel convertantur vel convincantur, processum aliquando De-  
us instituit, eumque in verbis suis monstrat. Sic in textu habemus.

(Propos.) *Judiciū Dei adversus impios.* Votum Psal. 17: 4, 5, 6.

Ante biennium ultimo die solemnium precum, ex Jer. 5: 3, 4, 5.  
gravissimā querelam Dei audivimus, pergit in durissima contra impios  
concione Propheta, & tandem iudicium hocce Dei proponit, in quo,

I. *Generalis accusatio:* v. 23. *Populo huic cor est contumax,* Jer.  
5: 3, 5, 6. *Rebelle,* Psal. 78: 8. *Recesserunt & abierunt,* defecerunt a  
lege meā, transgressi sunt limites, quos illis præscripti, Ps. 114: 4. *Ier. 5: 7. &*  
*9: 17.* pergunt nec patiuntur se ullis monitis aut comminationibus  
a malo retrahi, *Esaï. 65: 2, 3. Ier. 2: 25. & 5: 11, 12. NB. Ier. 8: 4-9.*

*Ufus didact.* Quam gravis & horrenda est corruptio nostra, quod  
turbulento & concitatissimo mari simus peiores: hæc enim compara-  
tio instituitur in textu nostro, *Ier. 5: 22, 23.* Quanta est maris magni-  
tudo, *Ps. 72: 8. & 104: 6.* & horrenda agitatio, *Ps. 46: 4.* at intra ter-  
minos a Deo positos manet, *Hiob. 38: 10.* Nos qui tam fragilis sumus  
naturæ, *Psal. 90: 5, 6.* tamen stolide nos Deo maximo opponimus,  
*2. Reg. 17: 9. Ier. 16: 12.* Quotiescunq; itaq; maris undas aspiciamus &  
quomodo commoræ, ad littorā tamen quiescunt, cogitemus, quod &  
nos intra legis præscriptum tanto magis contineamur, *Deut. 5: 32, 33.*

II. *Specialis probatio.* Ne conquererentur injuriam sibi fieri  
accusatione ista universali, Deus vincit illos perverſitatis, quo-  
rundam criminum distincta enumeratione: quod sunt (1) *ingrati &*  
*stupidi* v. 24. quod beneficiis Dei non commoveantur. *Et non in*  
*cordibus suis dicunt,* nec verbis aut cogitatis ad Dei timorem se ex-  
citant. Dicendo late off doch fruchtla Herren war Gudh/ illum, quia  
Jehova est, Deus summus, Deus noster, *timere* debemus. *Deut. 6: 13.*  
*& 28: 58.* ubi nomine *timoris,* omnis cultus intelligitur, *2. Reg. 17:*  
*25, 41,* quoniam a timore procedit cultus, *Deut. 10: 20. 1. Sam. 12: 24.*

& cum



& cum timore miscetur, *Psal. 2: 11.* At tanto majus crimen nostrum, quod nec ejus beneficia nos permovere valeant, *2. Reg. 13: 5, 6.* Item of Aklaregn och Serlaregn gifwer: pluviam *matutinam* dicunt illam, quæ in Judæa nuper in terram projectum semen fœcundabat; *serotinam* vero, quæ justo tempore ante messem, succum & maturitatem suppeditabat, *Hos. 6: 3. Ioël. 2: 23. Zach. 10: 1. Iac. 5: 7.* & quod imprimis oprabatur, i finom iudh' *Lev. 26: 4. Dent. 11: 14.* Quod est opus vere divinum, *Deut. 28: 12. Hiob. 38: 25-28. Psal. 104: 13. Matth. 5: 45.* Och bevarar of Åhsstuxten. *Hebr. septimanas statutas messis nobis servat:* h. e. septem illas hebdomadas inter Pascha & Pentecosten, quibus messis in Judæa durabat, *Lev. 23: 15. Dent. 16: 9, 10.* ornat & exoptatas reddit serena tempestate, *Gen. 8: 21. Prov. 26: 1.* & ubere proventu, *Lev. 25: 19. & 26: 5, 10. Ec. (2) Insidiatores, v. 16.* Non necessum est qvære sceleratum hocce hominum genus inter barbaras gentes, *Nam inveniuntur in populo meo impij.* h. e. nefandæ ejusmodi malitiæ dediti homines: *insidiantur, sicut aucupes tendunt laqueos, statuunt perditionem, capiunt viros: conf. Psal. 5: 9. & 7: 16. & 10: 8, 9, 10. Prov. 1: 11, 18.* Sic sapius David insidiatus est Sauli. (3) *Deceptores, v. 27.* Huus sull medh bedrågerij. h. e. domus eorum repletæ possessione fraudibus & artibus malis parta, *Mich. 6: 10. Zeph. 1: 9.* inde wälligel (magni) och Räfte/ nimirum ex injustis bonis, *Prov. 1: 13.* Verum non diu permanebunt, *Prov. 21: 6, 7. Ec. Och secte. Hebr. & Luth. Pingves facti sunt & nituere,* pingvedine extenduntur, ut nitida sit eorum cutis, *Psal. 73: 7. & 119: 70.* adde *Dent. 32: 15.* (4) *Malefactores pessimi, v. 28.* The vngå ic. *Hebr. etiam transcendunt verba mali,* h. e. superant alios vita sua neqvissima, *Eesai. 2: 6. Ier. 2: 33. Ezech. 5: 6, 7. Ec. (5) Oppressores equi & miserorum.* The hålla ingen rætt. *Hebr. & Luth. non judicant judicium, judicium nempe orphanorum, & prosperantur, Mich. 7: 2, 3. Zeph. 3: 3, 4.* id imprimis mirandum, quod hoc ad tempus illis succedat, *Hiob. 21: 15. Psal. 73: 12. Hab. 1: 3, 4. Zach. 11: 5.* & egenorum judicium non judicant, aut non admittunt eorum qverelas, *Esa. 1: 23.* aut admissas non recte dijudicant, *Esa. 10: 2. Zach. 7: 10.* utrumque contra severum Dei mandatum, *Exod. 22: 22, 23. Dent. 10: 18. Esa. 1: 17. Ier. 22: 3. Ec.*

*Usus Epanorth.* Diduci hæc debent, & pro ratione cujusque Ecclesie, pio zelo applicari ad homines rixosos, furibundos, injustam exerceutes mercaturam, vitiis quibuslibet deditos, iudices iniquos, pauperum oppressores &c. Sed imprimis communissimum illud viti-



494.  
um. *Contemptus donorum Dei*, dura reprehensione castigandum: quod non per illa exitemur ad verum Dei timorem, cuius tamen gratia conferuntur, *Act. 14: 17.* Quando publice in Ecclesia pro idonea, & anni temporibus convenienti tempestate, vota facere solemus, tunc quidem audiuntur gemitus & suspiria; si vero non ex eorum voluntate accidit, Deum & naturam stolta impietate culpant, ac postquam Deus per suam benedictionem messem concessit, tunc si mediocri est, contemptim de ea loquuntur; si tenuis, misere; semper sine gratiarum actione: Edunt & bibunt quotidie sine cordis ad Deum boni omnis largitorem, elevatione, *Ps. 104: 27, 28.* contra *Deut. 8: 10.* *1. Tim. 4: 4, 5.* Et quando dona Dei ultra mensuram ingurgitarunt, tunc nihil sani de Deo aut cogitant aut loquuntur, sed impura vitæ, cædibus, pejorationibus operam dant, diabolum sapissime detestandis modis advocant: quasi illum agnoscerent datorem. Quod illos ad Deum invitat, hoc illi convertunt in Dei opprobrium, *Deut. 32: 6. 15.* Ne autem Deus ob hæc & similia flagitia nos puniat, Deum revereamur & timeamus, qui vitam & victum nobis concedit, *Jer. 14: 22.* & ne nos caritate annonæ puniat, *Deut. 28: 23. 1. Reg. 8. 37. Amos 4: 7.* oremus. *Matth. 6: 11. Psal. 65: 12. & 104: 13, 14, 15. Prov. 30: 8.*

III. *Pœna comminatio*. quæ hic dupliciter indicatur (1) *in boni denegatione*, v. 25. bonum quod dare solet, retinebit, quia iniquitates *avertunt* istam beneficiorum copiam, *Ier. 3: 3.* & peccata *prohibent* bonū a nobis NB. *Psal. 104: 17-34. conf. Esa. 59: 1, 2.* (2) *in mali denunciatione*, v. 29. eadem sententia comminatoria antea, v. 9. Per interrogationem certitudo denotatur: tanquam rem & justitiæ & veritati divinæ plane consentaneam, *an super hæc non visitabo?* Me ipsum iniquum & sibi similem facile judicarent, si illos relinquerem impunitos, *Psal. 50: 21.* NB. *Mal. 2: 17. sed visitabo*, h. e. certissime puniam, *Psal. 89: 33. Esa. 26: 14. & 27: 1. Ier. 6: 6.* Estque ea vis Phraeos, quod quemadmodum pœna & executio prius requirit *scrutinium*, *Deut. 13: 14.* ita Deus non est præceptus ad puniendum, sed prius quasi *visitando*, homines de suis criminibus convincit, *Gen. 18: 20, 21.* Num *super gentem qualis hæc, non ultionem capiet anima mea?* annon toto animo (sic *Psal. 11: 6.*) gloriæ meæ neglectum ulciscar? *Esa. 1: 24. Ezech. 16: 42. Amos 6: 8. conf. Deut. 28: 63. Prov. 1: 26. Esa. 9: 17. Ezek. 5: 13.*

*Ulus.* Sicut generalis accusationis sumus rei, quod sumus *refractarij, impij, rebelles adversus Deum*, ita & per specialem probationem, multorum criminum convincimur, quid ergo? bono omni indigni,



digni sumus, omne malum meruimus. Itaque unusquisque saluet animam suam ab ira furoris Domini, Jer. 51: 45. pœnitentia, Esa. 1: 16, 17. Ion. 3: 9, 10. Tbren. 1: 18. & 3: 42. & precibus. Psal. 6: 2. Ac propter Jesum speremus gratiam, Rom. 5: 9. 1. Theff. 5: 9. ut sic tandem liberati concludamus, Esa. 12: 1. &c.

CONCIO I. Die IV. (a d. 5. Augusti)

Parascév. Psal. 56. 4, 5. utque ad: *Om̄ intet fructa migh.* Anima fide Christo unica, superveniente timore, fiduciam in Deum concipit, ac in verbo ejus gloriatur: ita duræ conciones Propheticæ cor nostrum ad verum Dei timorem & amorem in pœnitentia trahant.

TEXTUS. Ezech. 21: v. 8, 9, 10.

**E**xord. Hebr. 12: 28, 29, eleganter a spe regni cœlestis immobilis, per fidem in Regem nostrum Jesum conferendi, nos excitat; retineamus collatam gratiam; nosque Deo gratos exhibeamus, cum reverentia & metu, ex filiali corde profectis, Rom. 8: 15. conf. Ps. 2: 11. & 111: 10. Prov. 18: 14. Ier. 32: 39, 40. NB. Rom. 11: 20. Phil. 2: 12. Nam etiam Deus noster, est ignis consumens, non minus in Nov. Test. Deus est severus vindex contra infideles & impœnitentes, Mal. 4: 1. Iob. 3: 36. quam fuit in Vet. Test. Deut. 4: 24. & 9: 3. Habemus satisfactionem Christi, sed ea fidelibus flammam iræ Dei extinguit, tam in V. Test. quam in Nov. Ast semper impœnitentibus Deus est ignis consumens, 2. Theff. 1: 8, ac in textu exhibetur.

(Propos.) Deus impœnitentibus tremendus

Vorum, Esa. 26: v. 9. totus.

Dirigit Ezekiel prophetiam & faciem suam contra Jerusalem, Ezech. 11: 2. proinde non ad peregrinos sed ad populum apud quem Ecclesia Dei est, accommodari hæc debent; est hic

I. *Pœna instrumentum*: Sverdet. in genere notat gladius Dei, judicia ejus & pœnas gravissimas, Deut. 32: 42. Zach. 11: 17. imprimis bellum omnia vastans, Lev. 26: 33. Esa. 27: 1. & 34: 5, 6. & 66: 16. duplicatur Sverdet/ Sverdet/ ad denotandam certitudinem & vehementiam, sic, Esa. 26: 5. & NB. Ier. 21: 14.

Ufus: Quanta sit belli calamitas, ex superiorum annorum malis, & textibus illorum annorum pœnitentialibus didicimus, (ex utroq. fiat diductio) & ut gladio Deus nos castigavit, ita hisce comminationibus ad



496.  
ad veram pœnitentiam commoveamur, ut gladium à nobis averiat,  
*Lev. 26:6. & gladio suo ab omnibus inimicis nostris nos liberet, P/ 17:13.*

II. *Instrumenti preparatio: Gladius (1) acutus est, P/ sal. 57:5. & 64:4. Dicitur de Deo quando horrendam stragem parat. At thet sactra skal ut mactet mactationem vel mactandos acutus est, Deut. 32:41. NB. Ezek. 21:11. (2) Deterfus est, at thet bländia skal. ut suo fulgore & coruscatione terreat, Ezek. 21:15, 20. Hiob, 20:5. Nahum. 3:3. conf. Gen. 3:24. ubi in Hebr. de gladio flammeo.*

*U/ us. Ex verbo Dei, collato cum vita nostra, sciamus Deum gladium suum acuere, P/ salm. 7:13. Esa. 24:5, 6. Magnus quoque Cometa, qui nuperis mensibus Decembris & Januarii toti fere mundo terribilem sese ostendit, gladij acuti certissimus est nuncijs, quemadmodum figura & splendore, coruscantis gladii figuram habuit. Ac ut a fide dignis accepimus, visa est alicubi & aliquando manus e nubibus inferiorem partem tenens, ut vit gladium minando extollit. Non ut ἐμπῶν κῆρι. 2. Pet. 33. ut securi, Athei, & abusu scientiæ stolidi, vel novitatis aura tumidi, contemnamus divinum illud opus; pij & christiano animo imbuti, verum esse id fateantur, quod S. R. M. tas in edicto suo pie monet. Itaque cum Davide, horrendum vidente gladium, pœnitentia sincera & deprecatione mitigemus iram Dei, 1. Chron. 22: (vel 21) v. 15, 16, 17. & pro pace oremus, P/ sal. 29:11. & 85:9. Syr. 50:25. &c.*

III. *Pœne executio, ὄβηρου glade/ &c. verba ex Hebr. ita reddi debent, dicit populus: aut gaudeamus, in pio & sincero Dei cultu, P/ sal. 2:11. Esa. 64:5. Si non, inquit Deus: Virga filij mei spernens omne lignum. h. e. Christus supremus Judex, Joh. 5:22. NB. Ezek. 21:27, severum exercebit iudicium, virga omni ligno duriori, virga nempe ferrea, P/ sal. 2:9. conf. Esai. 30:32. Ezek. 20:47. & 21:3, 4, 5.*

*U/ us: Jesum missimum possideamus fide viva, 1. Joh. 2:1, 2. Apparebit ille cito tremendus Judex, contra blasphemos Turcas & Judæos, contra infideles gentiles, contra hæreticos gloriæ ejus adversos, contra hypocritas in Ecclesia, Rom. 11:18. & 2:8. 9. Jud. Ep. v. 15. &c. collocemus in eum fiduciam nostram, 1. Joh. 4:17. & dicamus. Veni Domine Jesu! Apoc. 22:20.*

## CONCIO II.

TEXTUS. *P/ sal. 140: vers. 5, 6, 7, 8, 9, 10. in enarrat. P/ salt. vernacula, part. 3. p. 252-255. &c. Suis quodque ibi repperiuntur locis, textus tertii trium dierum posteriorum. S. D. G.*

*(Antea promissa meditat. penitenti. Sæctice, jam quodq; sub prelo sunt.)*